

<sup>1</sup> Factum est autem, in diébus illis éxiit edictum a Cásare Augústo, ut describerétur univérsus orbis. <sup>2</sup> Haec descríptio prima facta est præside Sýriae Quírino. <sup>3</sup> Et ibant omnes, ut profiteréntur, singuli in suam civitátem. <sup>4</sup> Ascéndit autem et Ióseph a Galilæa de civitáte Názareth in Iudéam in civitátem David, quae vocátur Béthlehem, eo quod esset de domo et família David, <sup>5</sup> ut profiterétur cum María desponsáta sibi, uxóre praegnánte. <sup>6</sup> Factum est autem, cum essent ibi, impléti sunt dies, ut páreret, <sup>7</sup> et péperit filium suum primogénitum; et pannis eum invólvit et reclinávit eum in praesépio, quia non erat eis locus in deversório. <sup>8</sup> Et pastóres erant in regióne eádem vigilantes et custodiéntes vigílias noctis supra gregem suum. <sup>9</sup> Et ángelus Dómini stetit iúxta illos, et cláritas Dómini circumfúlsit illos, et timuérunt timóre magno. <sup>10</sup> Et dixit illis ángelus: “Nólite timére; ecce enim evanélizo vobis gáudium magnum, quod erit omni pópulo, <sup>11</sup> quia natus est vobis hódie Salvátor, qui est Christus Dóminus, in civitáte David. <sup>12</sup> Et hoc vobis signum: inveniétis infántem pannis involútum et pósitum in praesépio.” <sup>13</sup> Et súbito facta est cum ángelo multítudo milítiae caeléstis laudántium Deum et dicéntium: <sup>14</sup> “Glória in altíssimis Deo, et super terram pax in homínibus bona voluntáti.” <sup>15</sup> Et factum est, ut discessérunt ab eis ángeli in caelum, pastóres loquebántur ad ínvicem: “Transeámus usque Béthlehem et videámus hoc verbum, quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis.” <sup>16</sup> Et venérunt festináentes et invenérunt Maríam et Ióseph et infántem pósitum in praesépio. <sup>17</sup> Vidéntes autem notum fecérunt verbum, quod dictum erat illis de púero hoc. <sup>18</sup> Et omnes, qui audiérunt, miráti sunt de his, quae dicta erant a pastóribus ad ipsos. <sup>19</sup> María autem conservábat ómnia verba haec cónferens in corde suo. <sup>20</sup> Et revérsi sunt pastóres glorificáentes et laudántes Deum in ómnibus, quae audíerant et víderant, sicut dictum est ad illos.

<sup>1</sup> In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. <sup>2</sup> Hoc erat in princípio apud Deum. <sup>3</sup> Ómnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est; <sup>4</sup> in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum, <sup>5</sup> et lux in ténebris lucet, et ténebrae eam non comprehendérunt. <sup>6</sup> Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioánnes; <sup>7</sup> hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. <sup>8</sup> Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. <sup>9</sup> Erat lux vera, quae illúminat omnem hóminem, véniens in mundum. <sup>10</sup> In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. <sup>11</sup> In própria venit, et sui eum non recepérunt. <sup>12</sup> Quotquot autem accepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine eíus, <sup>13</sup> qui non ex sanguínibus neque ex voluntáte carnis neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. <sup>14</sup> Et Verbum caro factum est et habitávit in nobis; et vídimus glóriam eíus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis. <sup>15</sup> Ioánnes testimónium pérhibet de ipso et clamat dicens: “Hic erat, quem dixi: Qui post me ventúrus est, ante me factus est, quia prior me erat.” <sup>16</sup> Et de plenitúdine eíus nos omnes accépimus, et grátiam pro grátia; <sup>17</sup> quia lex per Móysen data est, grátia et véritas per Iésum Christum facta est. <sup>18</sup> Deum nemo vidi umquam; unigénitus Deus, qui est in sinum Patris, ipse enarrávit.

<sup>1</sup> Factum est autem, in diébus illis éxiit edictum a Cásare Augústo, ut describerétur univérsus orbis. <sup>2</sup> Haec descríptio prima facta est præside Sýriae Quírino. <sup>3</sup> Et ibant omnes, ut profiteréntur, singuli in suam civitátem. <sup>4</sup> Ascéndit autem et Ióseph a

Galilæa de civitâte Názareth in Iudæam in civitâtem David, quae vocâtur Béthlehem, eo quod esset de domo et família David,<sup>5</sup> ut profiteretur cum María desponsâta sibi, uxore praegnânte.<sup>6</sup> Factum est autem, cum essent ibi, impléti sunt dies, ut páreret,<sup>7</sup> et péperit filium suum primogénitum; et pannis eum invólvit et reclinávit eum in praesépio, quia non erat eis locus in deversório.<sup>8</sup> Et pastóres erant in regióne eâdem vigilântes et custodiéntes vigílias noctis supra gregem suum.<sup>9</sup> Et ángelus Dómini stetit iúxta illos, et cláritas Dómini circumfûlsit illos, et timuérunt timóre magno.<sup>10</sup> Et dixit illis ángelus: “Nólite timére; ecce enim evangelízo vobis gáudium magnum, quod erit omni pôpulo,<sup>11</sup> quia natus est vobis hódie Salvátor, qui est Christus Dóminus, in civitâte David.<sup>12</sup> Et hoc vobis signum: inveniétis infántem pannis involútum et pósitum in praesépio.”<sup>13</sup> Et súbito facta est cum ángelo multitúdo milítiae caeléstis laudántium Deum et dicéntium:<sup>14</sup> “Glória in altíssimis Deo, et super terram pax in homínibus bona voluntáti.”<sup>15</sup> Et factum est, ut discessérunt ab eis ángeli in caelum, pastóres loquebántur ad ínvicem: “Transeámus usque Béthlehem et videámus hoc verbum, quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis.”<sup>16</sup> Et venérunt festinântes et invenérunt Maríam et Ióseph et infántem pósitum in praesépio.<sup>17</sup> Vidéntes autem notum fecérunt verbum, quod dictum erat illis de púero hoc.<sup>18</sup> Et omnes, qui audiérunt, miráti sunt de his, quae dicta erant a pastóribus ad ipsos.<sup>19</sup> María autem conservábat ómnia verba haec cónferens in corde suo.<sup>20</sup> Et revérsi sunt pastóres glorificântes et laudântes Deum in ómnibus, quae audíerant et víderant, sicut dictum est ad illos.

<sup>1</sup> In princípio erat Verbum,  
et Verbum erat apud Deum,  
et Deus erat Verbum.

<sup>2</sup> Hoc erat in princípio apud Deum.

<sup>3</sup> Ómnia per ipsum facta sunt :  
et sine ipso factum est nihil, quod factum est.

<sup>4</sup> In ipso vita erat,  
et vita erat lux hóminum :

<sup>5</sup> et lux in ténebris lucet,  
et ténebræ eam non comprehendérunt.

<sup>6</sup> Fuit homo  
missus a Deo,  
cui nomen erat Joánnes.

<sup>7</sup> Hic venit in testimónium  
ut testimónium perhibéret de lúmine,  
ut omnes créderent per illum.

<sup>8</sup> Non erat ille lux,  
sed ut testimónium perhibéret de lúmine.

<sup>9</sup> Erat lux vera,  
quæ illúminat omnem hóminem  
veniéntem in hunc mundum.

<sup>10</sup> In mundo erat,  
et mundus per ipsum factus est,

et mundus eum non cognóvit.

<sup>11</sup> In própria venit,

et sui eum non recepérunt.

<sup>12</sup> Quotquot autem recepérunt eum,  
dedit eis potestátem filios Dei fieri,  
his qui credunt in nómine ejus :

<sup>13</sup> qui non ex sanguínibus,  
neque ex voluntáte carnis,  
neque ex voluntáte viri,  
sed ex Deo nati sunt.

<sup>14</sup> Et Verbum caro factum est,

et habitávit in nobis :

et vídimus glóriam ejus,  
glóriam quasi unigéniti a Patre  
plenum grátiæ et veritátis.

<sup>15</sup> Joánnes testimónium pérhibet de ipso,

et clamat dicens :

Hic erat quem dixi :

Qui post me ventúrus est,

ante me factus est :

quia prior me erat.

<sup>16</sup> Et de plenitúdine ejus

nos omnes accépimus, et grátiam pro grátia :

<sup>17</sup> quia lex per Móysen data est,

grátia et véritas per Jesum Christum facta est.

<sup>18</sup> Deum nemo vidit umquam :

unigénitus Fílius, qui est in sinu Patris,

ipse enarrávit.